

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum fuerit conueniens quòd homo à diabolo tentaretur? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

418 QVÆST. CLXIV. ART. II.

est homini secundum statum præsentis misericordie, propter duo. Primo quidem, propter defectum ab exterioribus documentis, puta intemperati caloris & frigoris. Secundo, ad tegumentum ignominia, ne turpitudine membrorum appareat: in quibus præcipue manifestatur rebellio carnis ad spiritum. Hæc autem duo in primo statu non erant, quia in statu illo corpus hominis non poterat per aliquid extrinsecum laidi, ut in primo dictum est\*. Nec etiam erat in statu illo aliqua turpitudine in corpore hominis, quæ ad confusionem induceret. Vnde dicitur in Gen. Erat autem uterque nudus, Adam scilicet & vxor eius; & non erubescabant. Alia autem ratio est de cibo, qui est necessarius ad fomentum caloris naturalis, & ad corporis augmentum.

Ad nonum dicendum, quod sicut Augustinus dicit innuitur undecimo super Genes. ad litteram\*, Non est credendum quod primi parentes essent producti clavis lib. 11. c. 31. circa prim. 10. 3 oculis: præcipue cum de muliere dicatur, quod videlicet lignum quod esset pulchrum & bonum ad vestitum. Aperti ergo sunt oculi amborum ad aliquid inventum, & cogitandum: quod antea numquam aduerterant, scilicet ad inuicem concupiscendum, quod ante non fuerat.

QVÆST. CLXV.

De Tentatione primorum parentum, in duos articulos diuisa.

D EINDE considerandum est de temptatione primorum parentum.

¶ Circa quam queruntur duo.

¶ Primo, utrum fuerit conueniens quod a diabolo homo tentaretur?

¶ Secundo, de modo & ordine illius temptationis.

ARTIC. I.

Utrum fuerit conueniens, ut homo a diabolo tentaretur?

A D primum sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens, ut homo a diabolo tentaretur.

tur. Eadem enim pena finalis debetur peccato angelis & peccato hominis, secundum illud Matt. 25. Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed primum peccatum angelii non fuit ex aliqua tentatione exteriori. Ergo nec primum peccatum hominis debuit esse ex aliqua exteriori temptatione.

¶ 2 Præterea, Deus præscius futurorum, sciebat quod homo per temptationem dæmonis in peccatum deinceperet. Et sic bene sciebat quod non expediebat ei quod tentaretur. Ergo videtur quod nec fuerit conueniens quod permetteret eum tentari.

¶ 3 Præterea, Quod aliquis impugnatorem habeat, ad penam pertinere videtur: sicut & è contrario pertinere videtur ad præmium, quod impugnatio subtrahatur, secundum illud Proverb. 16. Cum placuerint domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuerterent ad pacem. Sed pena non debet precedere culpam. Ergo inconveniens fuit quod homo ante peccatum tentaretur.

SED contra est, quod dicitur Ecclesiastici 34. Qui tentatus non est, qualia seit?

RESPONDEO dicendum, quod diuina sapientia disponit omnia suauiter, ut dicitur Sapient. octauo, in quantum seilicet sua prouidētia singulis attribuit, quæ eis comperunt secundum suam naturam: quia ut dicit Dionysius quarto capite, de diuinis nomin. \* *inter me.*  
Prouidentia non est naturam corrumpere, sed salua-  
re. Hoc autem pertinet ad conditionem humanae na-  
ture, ut ab alijs creaturis iuuari vel impediri possit.  
Vnde conueniens fuit, ut Deus hominem in statu in-  
nocentia & tentari permitteret per malos angelos,  
& iuuari cum faceret per bonos. Ex speciali enim  
beneficio gratiæ hoc erat ei collatum, ut nulla crea-  
tura exterior ei posset nocere contra propriam vo-  
luntatem, per quam etiam tentationi dæmonis resi-  
stere poterat.

Ad primum ergo dicendum, quod supra naturam  
D 4 a huma-